(c) 2006 Ministerio de Cultura

# Tractatus magiſtri Nicolai de Clamẽgiis ſuper exhortatione peccatoris ad penitenciam




(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# Nicholai clamengii, oratorii facūdiſſimi, regie ſcole frācie vulgo nauarre pariſii ſocii famatiſſimi. Tractatus de filio prodigo ad penitenciam exhortatiuus incipit.

Audite o penitentes ſermonem de fratre ve-
ſtro de filio/s/prodigo: qui ex regione lon
ginqua in quam peccando abierat/tandem
maloꝝ ſuorum purgētibus vndiqꝫ ſtimulis
ad ſe primū reuerſus eſt: de hinc ad patrem reuerti cō
ſtituit. Quis eſt enim filius iſte adoleſcencior/ q̇ accep
ta a patre porcione ſubſtancie q̄ ſe cōtingebat/ in regio-
nem longinquā luxurioſe viuendo atqꝫ omīa diſſipādo
ꝓfectus eſt: niſi pctōr aliquis ſtolidus/q̇ aut preclaras
animi aut corporis dotes/aut externoꝝ bonorū exube
rantē copiam a deo accepit: q̄ in beneficū collatorem
inde ei grās agendo/aut ex illis ⁊ per illa īpenſius ſibi
ſeruiendo nequaq̄ retulit: ſꝫ que in ſalutis occaſionem
ſi recte vti voluiſſet acceperat: ea ſibi ī pnicien/ī arma
īiquitatis/cumulūqꝫ dānatiōis ꝑuerſo abuſu ꝯuertit.
Qui recte porcionē ſubſtācie q̄ ſe contigit a patre expe
tit: quia ſola naturalia corporis et animi bona aut tem
poralia ꝯmoda deſiderat: quibꝰ omīno īcubat/ ⁊ delec-
tatur ⁊ paſcit: nec ad gratuita dei dona querēda aut cō
templāda ſopito vel caligante rationis oculo aſſurgere
didicit: nichilqꝫ de illis curat aut cogitat: nec ad ſe illa
prorſus ꝑtinere putat: humana tantū ac terrena velut
ſe cōtingencia/qui homo eſt ⁊ terrenus homo cōſiderās
Itaqꝫ aut talia optat a deo ſibi dari ſi non habet: aut ſi
habet ſibi cōſeruari atqꝫ amplificari: quo talibꝰ ad vo
tum affluens/felix ſuo iudicio in illis viuat. Hinc om-
nium fere hominū vota atqꝫ ſtudia pendent: eorumqꝫ
potiſſimū q̇ a deo per hec fugacia bona q̄ maxīa ꝓfecto



(c) 2006 Ministerio de Cultura

turba eſt abducuntur. Alii nanqꝫ vires animi ing[illegible]niū videlicet memoriam/ cōſilium/ prudentiam/ ſcien[illegible]iam ceteraqꝫ animi lumina votis om[illegible]exq̄ru[illegible]. Alii prio ribꝰ ignobiliores/ omiſſo animi cultu [illegible] de e[illegible]teri[illegible]ris hominis ſplēdore ſollicitudinē gerūt. Hi ſūt qui [illegible]bur ſpeciem/ ſenſuū viuacitatem/ proſperam valitu[illegible]inem/ longā florentis iuuente venuſtatem/ appoſita e[illegible]ua mēbra/ ceteraqꝫ in corporibus accepta diligūt. Tertii ⁊ hi ceteris longe humiliores/ nō magnopere laborant ꝙ incultus ſit ſuus animus⸗ aut quali corporis habitu dine ſint: dū multam domi peccuniā/ multāqꝫ rem fami liarem cōgeſſerit: ad quam aſſiduc ſua cupiditas ī arde ſcit: ⁊ pro qua adipiſcēda nimia precū īportunitate di- uinas aures obtundūt. At vbi pater optimꝰ/ ī boniſq largiendis facile exorabilis/ vnūquēqꝫ eoꝝ iuxta vota ſua exaudierit/ portionē ſubſtancie ab vno quoqꝫ queſi- tam tribuendo: qua ad ſui adheſionem metū/ obſeq̄um amorem/ ex perceptis ab eo bn̄ficiis accendant: nō hec in dei ſeruiciū vel honorem refundūt: ſed ſceleſti ⁊ in- grati in eius pocius cōtemptū ac cōtumeliam vertunt: vt vnde deo militare debuerant: inde contra eū pugnēt vnde ad eum cōuerti et ſuſpirare per gratiaꝝ actionem debebant: inde ab eo longius auertantur ⁊ abſcedāt: vn̄ eius gratiam mereri querere ac obtinere potuerāt: ide eius offenſionē ſuamqꝫ perinde dānationē cumulatius acquirant Nam vt de ſingulis hoꝝ triū ſtatuum quomodo diuinis muneribus nefarie abutātur aliquid ꝯſtringam: Nōne q̄ talētum ingenii aut doctrine egre gie preditus accepit: pignus excellētiſſimū ad ſui et ali orum ſalutem adeptus eſt. Que enī via directior ad dei dilectionē et quod inde ꝯſequit̄ ad ſalutē/ ꝙ diuine om nipotētie diuine bonitatis et clemētie cognitio: per quā ⁊ q̄ habet illam facilius in deum aſſurgit: ⁊ alios ad aſ ſurgendū cōmode per eius manifeſtationem adhortari poteſt⸗ dei vero cogni[illegible]onē quiſquis ingenio pollet/ ſi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipſum modo ingenium ad eam rem inueſtigandam in=
flexerit: facile aſſequitur: qm̄ de increata ſapientia per
ſapientem dicitur. Facile inuenitur ab his qui querūt
eam. preoccupat autem eos qui ſe concupiſcunt vt prio
rem ſe illis oſtendat. Sed talentū iſtud nobile marga
ritamq; precioſam: cū plurimi accipiant: pauci proh=
dolor ad modū ad lucrum ſpirituale adaptant. Omnes
pene cum ſeruo neq; in terra abſcōdunt: et ſapienciam
que de terra eſt cum filiis agar exquirūt. Quotus quiſq;
hodie eſt q̄ non ſuum ingenium ſuam ſi quam habet eru
ditionem inqueſtum et predam conuertat illam. Alii
inde pecuniam querūt: vt venales aduocati: qui iudicū
tribunalia lucri gratia ſolliciti circūſtant. Alii ingē
tia nomina dignitatū: vt pleroſq; ābicioſos hodie cer=
nimus. Alii inanē gloriam famāq; falſi nominis ſciē
cie: vt tumidi philoſophi et verboſi ſophiſte: qui ad ſo
brietatem ſapere neſciētes humilē ſacri eloquii diſcipli
nam: ſed miſteriis grauidem: ſuo īgenio indignā iudi
cant: et circa pugnaſ verbo⁊ inextercabilesq; ſterliū
ſubtilitatum laberint hos ſtudia cōſumunt. Alii in ſu
peruacuis occupantur: vt qui in poeticis fabulis auto⁊
q; gentilium libris etatem conterunt: quos in adoleſcē
tia tantūmodo non nimium moroſo gradu tranſiſſe ſuffi
cit: vt non in egipto patriam quis aut perpetuā ſibi mā
ſionem conſtituat: ſed peregre per eam ſi ita libitum eſt
tranſiens ſpoliatis egiptiis: precioſa queq; eorū ſecum
in terram promiſſionis: hoc eſt in ſacre ſcripture decus
et munimentū ſuffarciatus inferat. Alii ſuperſticio=
ſis noxiisq; detinentur: vt que ſortes et anguria ſcrutā
tur: que circa magicas artes circa genethliaco⁊ inepti
as: et hominū natalicia verſantur. Hi autem om̄s et
ſi qui alii ſūt qui ſeculares ſcientias āplectuntur: finē
ſuū vt plurimū in fructu temporali conſtituūt Nec ē fe
re queq; reperire q̄tūlibet teorice cōtemplantē: qui nō
ſpe talis mercedis: litteris ac ſtudio indulgeat. Ipſi



(c) 2006 Ministerio de Cultura

enim q̇ hac noſtra tempeſtate ſacrarū ſcripturarum ſe
tractatores profitentur: queſtuoſi inueniuntur: tempo
ralia auidius q̄ diuina cum diuini verbi adulteratiōe
mendicantes. Sunt preter omnes iſtos heretici atq̧
ſciſmatici omnium peruerſiſſimi: qui variis erroribus
peregriniſq̧ doctrinis a catolica veritate abducti: eccle
ſiam labefactare: inconſutileq̧ domini tunicā lacerare
certant: non contenti q̄admodū ceteri fidē criſti ad ex
terna cōuolando deſeruiſſe: niſi totis eam neruis inge
nii oppugnare ſubuertere ⁊ perſequi feſtinent. Qui nō
modo aduerſus criſtū ex conceſſa ſibi ab eo ingenii acie
decertant: ſed quod ſceleracius eſt ex ipſo ſuo gladio ſci
licet verbo dei ipſum iugulare conantur arma videlicet
et iacula contra eum ex ſacra ipſius doctrina aſſumētes
quam ad ſuos malignos ſenſus diſtortam atq̧ repugnā
tem multipliciter pertrahunt. Vides q̄tum omnes
iſti hac nobili portione ſubſtancie accepta in regionem
longinquam ab ea in quam tēdere debuerant profiſticū
tur. Quantū enim diſtat ortus ab occidēte: ymo q̄tū
diſtant celi a terra: tantum regio in quā pergunt ab illa
in quam pergere tenebantur. q̄m ad dei et celi cōtēpla
tionem mentis atq̧ oris habitu excitati: in celū pennis
aſſūptis velut in ſuum domiciliū volare debebant: et
in terra repunt. In ſuperna conſcendere iubebantur: et
niſi deus miſerando ꝓſpiciat: in inferna demergentur.
Non quid quin aliquibus memoratarum ſcientiarū dare
eis operam liceret. Neq̧ enim aut iuris humani aut
etiam ipſius philoſophie ſobriam inueſtigationē condē
nare eſt animus: ſed quia rerum huiuſmodi noticiā quā
dei dono multi aſſequūtur in dignam dei glorificationē
q̄admodū oportuerat minime retorquent. Ideo eua
neſcunt in cogitationibus ſuis ſeruientes creature poti
us q̄ creatori. Vani quippe ſunt oēs homines ī qui-
bus non eſt ſciencia dei: que illa docet hominem men-
tis euagatione coercita in ſuū finem tendere illuc q̧ oīa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſua dirigere Putantes ſiquidem mundi ſapientes a ſe ipſis ſibi ineſſe ſapientiam iuſto dei iudicio execantur ꝛ obſcuratur inſipiens coꝛ eoꝝ. et dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: deſerti videlicet a deo quē prius deſeruerunt: q̇ dñs ſcientiarum ē: et qui vere docet hominem ſcientiam: dati ꝙ propterea ſunt in reprobum ſenſum et in deſideria coꝛdis ſui: vt faciant ſicut ait aplūs ea que non cōueniunt. Satius eis longe fuerat tali mētis acumine caruiſſe et in regno patris ſui cum pauperibus ſpiritu remanſiſſe: ꝙ cū ſua ſubtili minerua carnali ꝙ ſapientia cum repꝛobis a regno excludi. Quid vero illi agunt q̇ vires/ foꝛme nitoꝛē/ ſanitatem/ velocitatem/ lumen iuuente ꝑclaꝝ/ aliaꝙ coꝛpoꝛalia oꝛnamenta pꝛo ſue ſubſtancie poꝛtione ſuſceperunt/ Quo pacto inde gratias autoꝛi referūt/ Nunquid inde feruētius pꝛomptius ſtudioſius q̄ vtiꝙ par fuerat in eius reuerentiā euigilant. Sane ſi quis ex moꝛtalibus vnū aliquod vel minimū ex his bonis poſſet cuipiā poſcēti tribuere: nullis vnq̄ ſuis meritis ſe ſe ſatis arbitraretur dignam poſſe illi benefactoꝛi vicem rependere mēte/ lingua/ pedibus/ manibus/ enixe omnia ageret que grata apud illum foꝛe cōſpiceret. Quid illi ergo agendū eſt: que ſimul hec omnia aut pleraꝙ ex eis a patre luminū de ſurſū accepit: q̇ ipſe decoꝛē indutus quos voluerit decoꝛe īduit: q̇ renouat vt aquile iuuentutē: q̇ dat laſſo virtutem/ robur et foꝛtitudinē multiplicat/ Nonne tātoꝝ bonoꝝ memoꝛia ante illius oculos qui ea accepit iugiter verſari debebat: ſuiꝙ munificentiſſimi largitoꝛis laus perhennis in eius oꝛe reſonare/ Sed neſcio qua rerum iniquitate memoꝛia beneficioꝝ fluxa nimiū ꝛ plabilis eſt: et inter omīa coꝝ maxime que a deo tenemus Quis enim ex his diuinis muneribus ad deo moꝛigerādum: aut ad ſua pꝛecepta diligentius explēda ꝓcliuioꝛ redditur/ Quis hec in dei honoꝛē aut cultū reflectit: vt quanto valencioꝛ eſt: tanto ſuam foꝛtitudinē ad deū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cuſtodiens in eius mandata peragenda validius incum
bat: q̄to agilior: tanto viam domini liberius agili⁹ ala
criuscurrat: q̄to formoſior tanto amplius illi placere
ſtudeat: cuius ſibi dignatione: vt talis eſſet donatum ē
Rari procul dubio ⁊ valde rari ſunt qui hec dona ī hos
vſus querant: vel queſita conuertant. ſed hac ſua here-
ditatis porcione habita: ipſo confeſtim liberali datore
derelicto in obliuionem qꝫ miſſo per deuia ⁊ fallacia ma
le blandiencium voluptatum itinera: in regiones longī
cas fraudū periculoꝝ qꝫ pleniſſimas ire peragunt. Qui
fortitudinē nacti ſunt: in pugnā cōflictacionē ſ violētas
in bellium leſiones: rapinas atqꝫ iniurias armant. Nec
ſolum ex hac membroꝝ firmitate aduerſuſ homines in
ſurgunt nature cōmunione ſibi ſociatos: verū etiam cō
tra ipſum deum q̄admodum de gigantibus vt ſacra elo
quia teſtantur: et poetaꝝ fabule referunt. Qui ſanitate
gloriantur: ex ipſa ſua corporali ſanitate in medicū il-
lum q̇ totum hominem ſanat inſana plerūqꝫ mente ma
gis inſaniunt. Qui velocitate gaudent: velocius ad ma
lum currunt: et veloces pedes eoꝝ ad effundendum ſā
guinem. Qui vero flore etatis aut ſpecie decorātur: in
que vicioꝝ precipicia ex his currunt: ymo vero ī quas
inſolentias ⁊ temeritates in quas deniqꝫ furias in quas
mortes ex his non labunt. Nullū pratum quod nō per
tranſeat luxuria eoꝝ / ſue ſigna lubricitatis relinquere
vbiqꝫ geſtiunt: ſortem ſuam: porcionē qꝫ felicitatis hāc
eſtimantes: ſi omni illecebrarum genere ad nauſeam vſ
q3 exuberent. Itaq3 nichil ab eorum inſidiis ſatis tu
tum / ſatis munitum / ſatis obſeratum eſt. in abdita q̄q3
irrumpunt ac penetrant. quia flamma medullis herēs
cecos atq3 precipites in omnia pericula rapit. Que ſi
quādo paululum ſopita torpuerit: omnia incitamenta
ad illam exuſtitandam per ſenſuum lenocinia ſedulo cō
quirunt: ignem atq3 incendia in miſeram domum ſu
am per omnes vndiq3 portas immittentes

(c) 2006 Ministerio de Cultura

immittentes. Omĩa ⁊ enim ludicra/ omĩa spectacula/ choreas/ plauſus/ ſimphonias/ mulierũ cõſortia/ ⁊ confabulationes/ tota die/ toto foro/ tota vrbe ſectantur. quã nulla ſincera animi delectatione interius obdulcati falſa de foris gaudia ſine quibus aſſueti nequeunt viuere ad captiue mẽtis ſue ſolacium querere coguntur. Captiuam merito dixerim: que graui iugo corporis addicta vile omnium libidinum concupiſcẽtiarum quas corpus exigit mancipium effecta eſt. ſicque omni ſua virtute deſtituta iacet: vt nichil non modo diuinũ vel celeſte ſed quod omnis corporis ſenſus ſupergrediatur meditari aut ſapere poſſit. Ecce quam longe a paterna domo exulant: et quibus incõmerciis hi ſtrenui negociatores/ curam carnis in deſideriis agentes ſua pro lucro reportando talenta collocant Sed de tercio genere aliquid dicendum reſtat: de illis ſcilicet. que exteriora bona opes loquor. ingenuitatem/ dignitates/ aut potentiam/ ceteraque ſimilia extrinſecus obuenientia in paterne ſubſtancie portionem ſortiti ſunt. Omnia enim hec a deo non vt quidã falſo eſtimant a fortuna tribuuntur.

Per me inquit ſapientia reges regnant et legum conditores iuſta decernunt. et daniel propheta ait. Cognoſcant viuentes quoniam dominatur excelſus ĩ regno hominum et cuicunque voluerit dabit illud. Rurſum quoque in ieremia ſcriptum eſt. Ego feci terram et homines et iumenta que ſunt ſuper faciem vniuerſe terre et dedi eã ei que placuit in oculis meis. Unde et alibi dicitur. Dominus pauperẽ facit et ditat humiliat et ſubleuat. Multa alia in eandem ſententiam teſtimonia ſũt ſed hec abũde ſuffi ciunt. Quis autem neſciat iſtos qui terrenam opulentiam cetera que enumerata perceperũt magna ad virtutem capeſcendam ſalutem que conſequendam ſi modo adeſſet voluntas adiumenta habere. Poſſunt diuites facile tribuere: pauperum neceſſitatibus ſubuenire: Eſurientes paſcere: Nudos operire: Captiuos

(c) 2006 Ministerio de Cultura

captiuos de cuſtodiis eximere: hoſpites peregrinos qꝫ
excipē: ſua elemoſinis peccata redimē: ymo prorſus ex
tinguere. quibus certe hoſtiis promeretur deus/ agnis qꝫ
in dextera parte ſtatuendis regni celeſtis aditus aperit.
Poſſunt nobiles et potentes et qui in aliqua dignitate
conſtituti inferioribus preſident: malorum inſolēcias
ad quod eciam poſiti ſunt cohercere: innocencium tu=
eri iuſticiam: bene meritos exaltare: malignos et per
nicioſos animaduertere: patriam et rem publicam de=
fendere: his qꝫ in celum gradibus aſcendere. Sed illi
quos diuiciis amplificatos patres pauperum et ſuſten
tatores eſſe oportebat: afflictores eorum ac direptores
ſunt. Qui paſtores dati erant: neſcio quo virulento cir
ceo poculo in lupos verſi ſunt. A quibus erat expectā=
da exercendaqꝫ iuſticia: hi eam maxime confundunt ac
peruertūt. Jacent ſub eis ⁊ contemptui habentur egre
gii viri: moribus ac probitate conſpicui: indigni flagi
cioſiqꝫ ſublimantur. hiſtrionibus mimis adulatoribus
vt turpiora ſileam omnia emolumenta proueniunt. De
niqꝫ ea que pupillis/viduis/alienigēis/ere alieno pre=
ſſis impendi debebant: he peſtes auferunt. ⁊ non tan=
tum ea aufferunt que egenis et meritis hominibus debe
bantur: ſed que eciam magnis principibꝰ ſuffectura eſ=
ſent. Omitto de luxu ipſorum optimatū ſueqꝫ nobiliſ=
ſime familie dicere: ne id fruſtra coner explicare: quod
nulla dicendi copia poſſet attingere: ſimul ne ab eo in
quod tendit longiora ſibi diuerticula noſtra ſumat ora=
cio. Satis eſt michi per hec pauca de his quoqꝫ vt de
aliis oſtendiſſe: quo modo ſuis ex ſentencia optatis
potiti: in varios illa errores abuſionesqꝫ traducunt in
regionemqꝫ longinquam a racionis habitaculo profec=
ti vniuerſa dilapidant ac conſumunt.

a udiſtis fratres qualiter eſt filiꝰ prodigus: et quā
ſubſtancie porcionem a patre expoſcit: et quo
modo illa accepta in regionem longinquam profectus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt. Audiamus quid in illa regione ſibi contigerit tex
tumqꝫ euangelii attendamus. Et poſtꝙ inquit euange
liſta cōſummaſſet omnia: facta eſt fames valida in regi
one illa: et ipſe cepit egere. Conſummauerat omnia qui
rem ſpem et conſilium amiſerat: qui anguſtiis vndiqꝫ
circūuentus quid ageret/quo ſe verteret/cuius opem ī
ploraret/ neſciebat. Qui rē in vanitatibus/ corpus in
luxuriis/etatem atqꝫ animū in ſuperuacuis nichilqꝫ cō
ferentibuſ/aut eciam conſolantibus ſtudiis expēderat.
nichil qꝫ in regiōe vmbre mortis ſibi fame atqꝫ inopia
tabeſcenti niſi mortem ingruentem ſupereſſe videbat.
Acceſſerat ad malum domeſticum publica eciam cla=
des. Intus omnibus bonis exhauſtis egebat/foris an=
ni et regionis ſterilitas oppugnabat. Quid ſibi quero
ſpei erat relictum: cui ad conſūmacionem omnium ma
lorum ipſa eciam annone vbertas vnica egencium ſpes
ſubripiebat. Foris ergo pugne: et intus timores. Fac
ta eſt fames valida in regione illa: ecce foris pugne. Et
cepit egere: ecce intus timores. Quid igitur faceret
miſer famelicus/ pannis ac annis obſitus/ quo abiret
quo confugeret/ ad patrem ne remearet Terrebat eum
patris dignitas et reuerencia: terrebat ſua indignitas/
ſua vltrix conſciēcia/ſua contaminatiſſima/ſordidiſſimaqꝫ vita: de acerba patris aduerſum ſe indignacione me
ritam ſibi formidinem incuciens. Qua enim fronte pa
trem aſpicere: quo ore patrem auderet appellare: con=
tumax/perditus/degener filiꝰ/in tāta calamitate poſt
tantam hereditatem cōſumptam ad eum rediens/ Ter
rebat eum preterea a patris aditu vie longitudo: qui re
mote regionis vetuſ incola factus/multoqꝫ iam ieiunio
debilitatus/et prope confectus/ in tam longo itinere/
nullo ſibi ſubueniente deficere metuebat. Terrebat et
vie ipſius ignorancia: qui [illegible]prouidus adoleſcens/ a
paterna domo temere egreſſu[illegible] nullo certo itinerum or
dine ſeruato/ nulliſqꝫ veſtigior[illegible]orumqꝫ indiciis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

a lubrico et ſoluto animo notatis/ qua illuc poſſet regre-
di non inueniebat. Terrebat ſuper omnia vie aſperitas
atq; difficultas: quia ⁊ ſi per procliuia facil[illegible] deſce-
ſum a patre ſuo diſcedens habuerat: ad paternā tamen
habitacionem in montis excelſi vertice cōſtructam per
ardua et prerupta niſi quodam violento ac valido redi-
re oportebat. Regnum quippe celorum vt ſcriptum ē vim
patitur. et violenti rapiunt illud. his itaq; curis anxi⁹/
et de ſuo ad patrem reditu aliquantiſper interim deſpe-
rans/ quod pro tempore et neceſſitate optimū ratus ē
conſilium cepit. Et abiit inquit ⁊ adheſit vni ciuium il-
lius regionis. Ecce abiſſus abiſſum inuocat. Qui tam
longe iam abierat vt reuerſionis eſſet ſpes adempta: ad-
huc vlterius abit: Quaſi non iam errabundo gradu ſa-
tis longe a ſalute ſua ſuorum verba delictorum proceſſiſſent.
Sed quo adhuc abit miſer fugitiuus? Suam certe mi-
ſeriam fugere cupiens: in aliam maiorē incurrit. et que-
rens ſe de fouea explicare in laqueum ruit. Adheſit in-
quit vni ciuium regionis illius. Si regio longinqua in
quam prodigus iſte a patre ſuo digreſſus abierat/ con-
gruenter regio vmbre mortis hoc eſt regio peccati acci-
pitur: conſequens eſt vt vnus ciuium regionis illi⁹ cui
adheſiſſe refertur/ vnus aliquis malignorum ſpirituum
intelligendus ſit: cui videlicet peccator tūc adheret: qn̄
eius arbitrio plene ſubiectus queciq; ille imperat aut
ſuggerit letanter īcunctanterq; more diligētis ſerui ex-
equit. Sicut enim teſte apoſtolo. Qui adheret deo eiuſ
ſcilȝ voluntatem faciendo. Unus cum eo ſpūs eſt: quia
habet vnā cum eo voluntatem: ita q̄ diabolice ſuaſioni
non obuiat: ſed cōtinuo acquieſcit: merito ſibi ꝓpterea
adherere dicitur: cū eiuſdem ſit cum eo volūtatis: quo-
modo de amico ſolemus dicere: ꝙ ipſe eſt alter ille quē
diligit: quia idem ſibi cum [illegible] velle ac nolle eſt. Sed vi-
dete ad quod officium h[illegible] captiuum et miſerabilē ſer-
uum demon magi[illegible]us deputat. Et miſit inquit eū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vſu inuenire: ſed nemo dat vt aſſequatur Quāto enim
plus laxatis habenis hauriendis voluptatibus indulge-
tur: tanto magis earum ſitis ardorq3 inexplebilis ex-
flammatur. quoniam iuxta verbum ſalomonis Non ſa-
ciatur oculus viſu nec auris auditu impletur Et hec eſt
fames valida que ī illa horrida regione facta memora-

ge vero iam videamus quomodo ex hac profun-
da flagiciorum voragine/ inqua fugitiuus iſte cū
porcis volutabatur: duce gratia celeſti in qua corrigit
adoleſcencior viam ſuam reſipiſcendo emergere ad pa-
trem q3 ſuum redire ſtatuerit. Sic nāque contexit euā-
geliſta· ipſe autem inſe reuerſus dixit Quāti mercen-
narii in domo patris mei abundant panibus ego autē
hic fame pereo. ſurgam et ibo ad patrem meum et ce
Quid eſt ꝙ inſe reuerſus dicitur: Nūquid ſe dereliqu[e]-
rat aut extra ſe abierat: Quomodo enim relinqueret ſe
ipſū: aut quo iret aſpū ſuo: et a facie ſua fugeret: Fuge
rat plane a facie ſua: qui aſe lumen rationis qua homo
creatus fuerat/ atq3 abrutis ſecretus abiecerat: vt a na
turali vi ſua ablienatus viciorum que ſuorum tenebris
circūſeptus poſſet vere dicere cū pſalmiſta dereliquit
me virtus mea et lumen oculorum meorum ipſum nō
eſt mecum fugerat a facie ſua: qui ſuam vitam/ ſuas ſor
des/ ſua fediſſiā ſcelera/ ſui prorſus oblitus/ ante ocu
los non ponebat: vt diceret cum propheta iniquitatem
meam ego cognoſco et peccatū meum coram me eſt ſe
per. ymo poſt tergum ſuum ne ſuas flammas delicias
amara recordacione/ triſti ve proſpectu minuerent: lon
ge proiecerat fugerat a facie ſua et extra ſe abierat: qui
cum in honore eſſet non inteligens/ conparatus et aſ-
ſimilatus erat inmentis inſipientibus: factus tanquā
equus. et mulus quibus non eſt intellectus. Porro ex-
tra ſe abierat: alius que a ſe ipſo quodam modo factus
erat: qui liber/ heres [illegible] locuples que olim dn̄s
exiſtens/ ſui iuris eſſe deſierat: et paup miſerabilis [illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in villā ſuam ut paſceret porcos/ dignū plane tali dn̄o:
ſed [illegible] indignum tali ſeruo officiū. Qui enī nomē filii/
nomen heredis/ nomē liberi hoīs/ patrē deū deſerendo
ſathane q3 adherendo amiſerat: qui hoīe3 inſuper ex=
uendo/ infra porcorū naturā p cenoſas vite ſpurcicias
ſeſe inquinauerat: nōne ſeru⁹ et ſathane ſeru⁹ immo vi
liſſimus ſubulcus merito effici debebat. O huāna cre=
atura ad dei nobiliſſimā eterne trinitatis imaginē cōdi
ta tāta q3 luce rationis et inteligēcie btitudis pticeps
effecta: vide hic in quem ſtatū immo ruinā et lapſū pec
cādo peruenis. Cōtemplare quos p peccatū honores ac=
quiris: immo vero q̄d p peccatū adeo prē tuo añſa effi=
ceris. Et miſit inq̄t illū in villā ſuā vt paſceret porcos
Que eſt hec villa dyaboli/ in quā ſeruos ſuos ad porco
rū paſcionem mittit. villa iſta pfecto babilon eſt: que
facta eſt hītacio demoiorū: vt ſcribitur. in apocalipci.
Et quid p hanc villā niſi caro noſtra? quid vero p por
cos in ea paſcendos niſi corpei ſenſus exprimūtur? nō
q2 illa aut iſti a demoē ſint vt pfidus maicheus ſentit:
ſed q2 rōne corruptioīs ex pctō primi pentis in carne de
relicte miſterio carnis et ſenſuū qui a natura pni ſūt ad
malū: ad fedas cōcupiſcentias hoīb3 immittendas/ vel
ut oportunis inſtrumētis vtitur. vnde et ab aplō ſtimu
lus carnis angelus ſathane vocatur. Datus eſt inquit
michi ſtimulus carnis mee angelus ſathane qui me co=
laphizet. immundus igitur ſpūs hoīem libere poſſeſſū
cui ex uoto illudit ad paſcendos porcos in villā ſuā mit
tit? quia carnalib3 deſideriis mācipatū: ad nichil ali=
ud niſi ad explendas illecebroſas ſenſuū cōcupiſcēci=
as inhiare pmittit. Sed ipſe qui porcos paſcit: inanis
manet. Cupiebat enī ut ait lrā ventrem ſuū implere de
ſiliquis quas porci manducabant. et nemo illi dabat.
Cupit infelix anima dure ſeruituti carnis addita / cor
paliū voluptatū pfruitione [illegible] ſeſe ſtimulātem ꝯpeſ
cere: ſui eſtus refrigerium ſue miſerie leuamen talium.

.bi

(c) 2009 Ministerio de Cultura

dicu[illegible]/ cecus/ et nudus/ relictus porcis/ pctis zabulo infeliciter ſeruiebat. A ſe igitur per eorū que ꝓſpera putatur affluenciam egreſſus: per magne aduerſitatis erudicionem in ſe reuertitur. et quaſi de graui ſompno miſeriarū aculeis. excitatus/ atq3 vbi proſtratus iacebat/ aptis tandem mentis oculis conſiderans/ ex ymo pectore ductis ſuſpiriis ingemiſcit. ſue q3 tandem inſipiencie ſe coarguere incipit: qui vmbras vanaſq3 imagines felicitatis in ſompno apparentes/ et leui vento velocius auolantes felicitatem ipſam putauerit. Redit preuaricator ad cor: et qui priuſq̄ a patre excederet a ſe ipō ꝑ inſanas paſſiones/ ꝑniciosaq3 deſideria exulabat: vt ad patrem reuerti queat ad ſe primū de ferueſcentib3 eiſdem paſſionibus/ diſcuſſa q3 errorū nebula/ ſuo viſui ꝑ illas obiecta reuertitur: atq3 ad ſe tādem reuerſus hec loquitur. Quāti mercennarii in domo pris mei abūdat panib3 ego autem hic fame ꝑeo. Non dicit q̄ felix eſt frater qui domi cum patre remāſit: neciam ad filialem ſortem vel priſtinam gloriam ſuſpirare audet: preclare exiſtens ſecum actum iri: ſi in domo paterna redundante bonis omnibus/ ſaltem ad inediam ſuā/ ſola panis alimoniā leuiendam/ in humile aliquid miniſterium admittatur. Nec fallitur opinione: Nam et ſi torrente omnigene voluptatis illic potantur filii: tamen etiam ſcriptum eſt Beatus qui manducabit panem in regno dei: vbi in ſolo pane viuet homo: et bene beate que viuet Et quamuis vocem ipſius patris eſſe nouerit/ non eſt bonum ſumere panem filiorum et mittere canibus: ſcit tamen iuxta fidelis cananee reſponſum/ catellos edere ſolitos de fragmentis cadentibus de menſa dominorum. Scit preterea in domo magni illius patriſfamilias non vnicū panem eſſe ſed plurimos: et alium quidem filiorum/ alium ſuorum/ alium etiā forte catellorum: nec vni[illegible]modi panem omnibus in domo illa miniſtris: ſed ꝑ varietate meritorū preberi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Propterea illos mercēnarios quorū ſibi ꝯdicionem ex optat: non ait pane ſed panibus abundare. vnde et de pauperibus illius domus dicitur pauperes eius ſaturabo panibus. Non ergo panem filiorū delicatū et ſimilagineū/ quem faſtidioſus ꝯtempſit ſibi reſtitui poſcit: nec intā arduā ſpem abiectus animus/ et ſue indignitatis ꝯſcius aſſurgit. Nec maioris etiam familie/ atque apud patrem ipſū honoratiſſime officia ſibi vel panes preſumit: talem quoqȝ honorē ſuis tenuibȝ meritis nequaq̄ deberi reputans. Satis habet pauper famelicus ventrem etiam de porcorū ſiliquis explere cupiens: ſi lixe aut agaſonis/ aut alterius villiſſimi mācipii ſuccinericio tantum pane in domo illa veſti conceditur qui panis eſt penitenciū: incinere qȝ et cilicio carnem ſuam affligencium/ atqȝ edomātium. in cuius fortitudiē ad mōtem dei cū helia ābulatur. Ergo inter hos eſtus cōturbati et trepidātis animi exili tādem ſpe oborta ſurgam inquit et ibo ad patrem meū Bonū eſt o adoleſcēs quod proponis: ſurgere videlicet/ et ad patrem ire. Sed vide ne de tuis viribȝ etīaniter tibi et dānabiliter blādiaris. nō eſt profecto tuū hoc facere: ſed vt hoc poſſis: de ſuper tibi donari oportet. et vt clemētiſſimuꝰ pater ad quē tendis adiutricem manū porrigat: ſuppliciter implorandū. Nolo michi credas: aplō crede. Non eſt volētis neqȝ currētis ſed dei miſerantis quaſi aparte diceret: non eſt volentis e ceno ſurgere: neque currētis ad brauium puenire: ſed pr̄is miſericordiaꝝ vtrūqȝ tribuere qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona volūtate. Quare etiā hoc ipſum magnope tibi cauendū eſt ne ſalutarem hanc voluntatem qua ſurgere et cōuerti diſpoīs celitus vtiqȝ immiſſam tibi ex te ipſo ineſſe cōfidas. erras nimiū ſi hoc credis. dei eni benignitas q̄ neīēm vult perire: ſed omnes homines ſaluos fieri: et ad aquiſitionē [illegible]is venire: qui te errantē tanto tp̄e ſuſtinuit. tuos miſerat a errores atqȝ labores

te tandem reſpicit: ſuam q3 tarditatem iuſue dulcedi
nis benedicionibus preueniens vel ad ſerā penitenciā
interius aſpirādo reuocat. Noli itaq3 cōtemnere diui
cias ſue longanimitatis et paciēcie et ſcte aſpirationis
ſed vocantem audi: monēti crede: trahentem ſequere:
dicens ad eum cum multis lacrimis humiliq3 cōfeſſio=
ne ſuauiſſimum illud atq3 ad gratiam eius cōſciliandā
efficaciſſimum quod ſequitur. Pater peccaui in celum
et coram te. iam non ſum dignus vocari filius tuus fac
me velut vnum ex mercenariis Sed quid eſt ꝙ patrē
appellat: qui ſe eſſe filium negat: immo indignum tali
vocabulo iudicat: Sane ⁊ ſi ipē ꝓdigus quod filii erat
amiſit: paterna tamen viſcera pater ipſe ad quem ſer=
mo eſt non exiuit. Se ipſum enim iuxta apoſtolum ne
gare non poteſt quominus ad miſerendum parcendum
q3 peccatoribus ſemper paratus ſit Non iniuria ergo
et patrem nominat et honorem tamē filii detrectat: de
domino in bonitate: de ſe vero in humilitate iuxta ope
rum ſuorū qualitatē ſeciens. Pater peccaui O verbū
ſalutiferum: O verbum efficax ⁊ preualidū: modo ex
animo dicatur/ non ſubdolo: quod et ſpiritales nequi
cias potenter expugnat: et diuine ſeueritatem iuſticie
flectit: temperat: mitigat: quod iudicis iram placat:
ſentenciam mutat: decreta reuocat: immo penetranti
virtute ad intima miſericordie viſcera irrūpens/ illa
mortalibus effundit: quid niniuitas ab excidio liberat:
dauid a morte ſaluat: ezechie ānos prorogat: quod po
ſtremo publicanum iuſtificat: latroni paradiſum reſe=
rat: magdalene plorāti veniam impetrat: et demonia
ſeptem ab ea effugat. O tu quiſquis peccator es/ et pec
catorum tuorum molle deprimeris: noli eorum inmai
tate terreri: noli deſperare: noli deficere: noli aliquā
tue cōuerſionis excuſacionem obtendere. vide ꝙ breue
eſt ꝙ leue ꝙ exiguum quod vt iuſtificeris exigitur
dictātum vno verbo: et ſaluabitur puer tuus. dic ſolū

bui.

peccaui: et cõtrito corde dic. preſto eſt vt igno[s]cat qui
vt hoc dicas inuitat atq3 expectat. quoniã ipſe cor con
trictum et humiliatũ nũq̃ deſpiciet Pater peccaui in
celum: et coram te. Exageratio peccati eſt quod addi
tur in celum: tanq̃ diceretur. Non ſolũ peccaui corã
te / cuius oculis nuda ſunt ſecreta cubiculorũ abdita q3
cõſcienciarum: verum etiam in celum peccaui: hoc eſt
per mala opera mea foris et in propatulo abſq3 freno
verecũdie coram hominibus acta / ceteros perdidi: meo
q3 exemplo ad peccandũ impuli. vel in celum peccaui
ideſt in celeſtẽ iheruſalem. eã temere deſerẽdo / et ad
latrones in iherico qui me ſpoliauerunt deſcendendo.
vel in celum peccaui ideſt celeſtes virtutes peccando
offendi. deum ſiquidem offendendo angelicos etiã ſpi
ritus ſue ſemper cõſentaneos volũtati offendimus: no
bis q3 iratos reddimus et infenſos. Sicut enim gaudi
ũ eſt angelis dei ſuper vno peccatore penitenciam agẽ
te: ita dolor et indignatio ſuper eo peccãte. vnde et nõ
propter ſua que nulla ſũt: ſed propter noſtra dictũ eſt
angeli pacis amare flebunt fac me velut vnum ex mer
cennariis tuis. Attende hunc penitentem: qui pro for
ma conuerſionis nobis omnibus obicitur: vt integrã
et perfectam penitenciam peragat: tres eius recto or=
dine partes complecti. primo cordis contricionem:
quando ad ſe reuerſus dicitur. oris deinde confeſſio=
nem: quando ait / pater peccaui in celum et coram te.
Poſtremo operis ſatiſfactionem: dum nunc dicit. fac
me velut vnũ ex mercennariis tuis. Quaſi ad patrem
dicere videatur Me quo filius tuus eſſe deſii: abdica[ri]
q3 merui: ſaltem vt mercennarium dignare in domũ
tuam recipere: q̇uis oneris impone feram et ſubib[o]:
verbis obiurga: laboribus attere: flagellis corripe:
quoniam ego in flagella paratus ſum. fac me ſicut vnũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ex mercennariis tuis: vt qui gratuito amore qui filio-
[illegible] seruire nolui: mercenario saltem illectus cōmo-
do/ seruire incipiam. Fac me ſicut vnū ex mercēnariis
tuis. Diſtat inter ſeruū et mercēnariū. Seruus eſt qui
formidine ſupplicii aut īſtantis aut futuri maleficia vi
tat. mercennarius qui ſpe ac deſiderio premii celeſtis
a viciis ſe temperat. Ille vere filius eſt qui ſolo ipſius
dei amore ſuccenſus quicquid eſt illi amori contrariū
toto ſtudio refugit atq; deteſtatur: ſine vllo inſe p̄mii
reflexu. Prodigus ergo iſte primum ſeruili iugo pre-
mitur: quando famis extimulantis anguſtia ad patrē
redire cogitur. Poſtmodum paulo ingentiori fiducia
de patris liberalitate cōcepta/ vno gradu prouehi tēp
tat: et mercennarius fieri poſtulat non auſus ſicut pre
miſſa docuerunt filialem vltra ſtatum ſperare: fac me
inquiens ſicut vnum ex mercennariis tuis. non ex il-
lis vtiq; improbis mercennariis qui temporalib; tan-
tum lucris inſiſtunt: ſuam q; hic mercedem recipere
cupiūt querētes que ſua ſūt: nō que ieſu xpi: ſed ex hiis
pocius quibus dicitur gaudete et exultate quoniā mer
ces veſtra copioſa eſt in celis. Qui dei vere mercenna-
rii ſunt: quia illum ſuam mercedem non externa que-
runt. Et ſurgens venit ad patrem ſuum. Inſtructis in
animo conſiliis: verborum q; quibus vteretur forma
ydonea domini ſecum ac ſollicite pertractata/ tandē
ſumpta audacia/ pergit deliberata exequi. Surgit nō
membra erigendo: ſed demiſſā intencionem. venit nō
pede: ſed corde. nec locum relinquendo: ſed aīm mutā
do. venit: ſed nundum peruenit venit ad penitenciam
ſed nundum peruenit ad gratie perfectionem

am vero his breuiſſime et quaſi commentario
more de profugi huius erroribus deq; curarū
eſtu ſecundū euangelii ſeri[illegible] decurſis huius errorib⁹



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſeriem decurſis: ſupereſt de patris ad eum beniuolen
cia et vere ineffabili clemencia pauca diſſerere Ait ita
q3 euangelicus ſermo Cū autem adhuc longe eſſet: vi
dit illum pater ipſius. et miā motus eſt et accurrens
cecidit ſuper collū eius. et obſculatus eſt eum/ O fons
inexauſte miſeracionis quis tuā in deſertores filios bo
nitatem digne laudare poterit: digne explicare: digne
cogitare: Qui nos per omnem criminum exacerbacio
nem longius a te diuulſos in mediis erroribus non deſe
ris: qui labentes firmas: iacentes exitas: ſurgētes eri
gis: redire cupientibus vltro obuiam procedis. Qui
inter ipſa pericula protegis: inter aſpera ne frangāt re
creas: inter blandia ne nimis rapiant vtilem amaritu
dinis calicem infundis. Qui mille modis miſerendi lā
guētes viſitas: auerſos reuocas: ꝑditos requiris: et
niſi infelici mentis obduratioē reluctentur: ad tuū oui
le reducis. Ecce enim pauperem fugitiuū adhuc in re
gione longinqua cōſiſtentem/ et pre metu paterne ira
cundie venire cūctātem/ motus miſericordia pius pa
ter reſpicit. nec cōtentus miſereri et reſpicere: obuius
accurrit. nec occurriſſe ſatis habet: ſed illico vt ad fili
um peruentum eſt: cūctas paterni amoris effūdens ha
benas/ amplexu tenero in collum inſilit: dulcia genis
oſcula ingeminans. dic queſo o felix peccator q̄ uis non
vnde peccator inde felix ſed vnde tantam cōſecutus mi
ſericordiam. eſt ne hec illa ira quā tantopere horrebas
hecciē ſunt verbera que ꝑtimeſcebas: frons torua quā
merebaris: iurgia que metuebas: vide q̄ ꝑter ſpem om
nia que tu triſtia expectabas leta obuenerūt. Patrem
indignabundum/ oculos a tuo cōſpectu auerſurum pu
tabas: feſtinus occurrit. Conuicia formidabas/ ample
xus ingerit: flagella preſtolabaris/ oſcula porrigit.
Quid ergo tibi animi erat inter hec gaudia tam inſpe
rata cū te pater placidiſſimo gremio foueret: lacertis
ſtringeret: caris et crebris oſculis demulceret: Cū pr

(c) 2006 Ministerio de Cultura

erga te pietatis affectū/ voce manibꝫ/ oculis vultu de
niqꝫ plauſu geſtu blādicijs qꝫ vniū ſis indicaret: Cū ti
bi ſuum amorē tot certiſſimis argumentis ſeruili tuo ti
more exacto inſpiraret: Equidem te arbitror tantā le
ticiam/ tam inſolitam/ tāqꝫ inopinato obortam/ ferre
nequiuiſſe: ſed pre eius vehemencie attonitum/ abſor=
tumqꝫ et neſciētem quid ageretur: mēte excidiſſe. Sa
tis autem ſuperqꝫ erat tantis tāqꝫ mellifluis ſuauitati
bus reſipiſcenti filio applaudere: ſed paterna benigni=
tas/ neque modo cōſolacionum/ neqꝫ numero cōtenta
maiora adicit vbi enim tandē in vocem erūpere re cep
ta mente filius potuit: orſus ad patrem meditata pro=
loqui prono in terram vultu ſupplex ait. Pater pecca=
ui in celum et coram te iam non ſum dignus vocari fili=
us tuus. Sed pater talia dicētem non vltra paſſus pro
gredi interrūpit. pantem qꝫ mercennario: qđ reſtabat
addere primo deuictus animo nequaq̄ ſuſtinet: ſed cō=
fuſioni eius ac pudori nō iam ſolis externorum ſolacio
rum fomētis ymo rebus ipſis cōſulens: cito īquit Pro
ferte ſtolam primam: et induite illum: et date anulum
in manu eius et calceamenta in pedes eius: et adducite
vitulum ſagiatum Quā iuſte a celeſtibus gaudijs exclu
dendi ſunt in exterioresqꝫ tenebras de turbandi: qui
ad hanc recuſant clemenciā de admiſſis ſuis penitenciā
agendo recurrere: qui nolunt hanc benignitatem vniū
ſis obiectam in ſe per pauca lamenta experiri: qui aut pu
ſillo abiecto qꝫ animo poſt tanta audita viſcera pieta=
tis de venia deſperant: aut in ſordibus iacere perſeue=
rant: veſtiri ꝗ̄ primum iubentur qui nudus reuerteba
tur. calceari: qui de toto paterno cenſu ne calceos qui=
dem reportabat. Occiſo refici vitulo: qui fame pericli
tabatur. Anulo digitis indito decorari: qui ſordidus
qꝫ horridus per omiā qꝫ indecorus veniebat. nec vero
vili aut vetuſto amictu a[illegible]am nuditatem indui p̄
cipitur: ſed prolata de intim[illegible] cōclauibus ſtola prima/



(c) 2009 Ministerio de Cultura

idest cara et p̄ciosa ornari mādatur: vnde etiā ne quid ſi
bi priſtine dignitatis adeſſet: qd̄ non ad neceſſitatē eſt:
ſed ad honoris dūtaxat inſigne: anulū accipit. Nec tū
ſeruis aut mercēnariis qd̄ maximū putauerat cōmuni
cibo reficitur: ſed ſaginatus vitulus inter armēta vniū
ſa eligit: cuius carnibus egregie ac ſplendide p̄para=
tis immēſa cū patre ſedēs muſicis vndiqꝫ modulis ſtre
pētibus epulatur. Que oīa viſibili exterius ſpē geſta/
maxiā diuine grē ſacramēta in cōuerſi pctōris aiā geri
ſignificāt. Quod enī adhuc longe ſtātē filiū miā motus
pater videt: notat ꝙ deus cor hoīs pctōꝝ onere degra
uati nec ſurgere aut cōuerti ex ſe p̄ualentis: miſericor=
diter p̄ueniēdo illuiāt Uiſio enī dei aut reſpectus miſe
racio ipius eſt. qd̄ ſatis ipā verba demōſtrant. vidit iqt
eū p̄r ipius ⁊ miā motus eſt ꝑ quā miſeracionē cecitatiſ
nrē caliginē nos illuminādo detergit ſic qꝫ nobis nroꝝ
maloꝝ cogitatione ꝑ hanc lucē reſtituta: in luctꝰ nos
ac lamēta ad vitā purgatiorē ſuſpirādo compūgit. ad
diuinū qꝫ adiutoriū huīli p̄ce flagitādū prouocat. De
petro quid ſcriptū eſt Reſpexit dn̄s petrū/ cōtinuo qꝫ
adiectū Et egreſſus foras fleuit amare Quod accur=
rens pater filio obuiā ꝑgit: ſignificat auxilium diuine
gratie diuine qꝫ exaudicionis ſuppliciter poſcentibus
nō deeſſe: ſed nrā deſideria lāguida interdū ac dormi=
tācia benigniſſiō occurſu ſepius anticipare et pulſare.
Anteꝙ clamēt iqt ego exaudiā. ⁊ alibi Ergo ſto ad ho
ſtiū et pulſo: Tardius enī deo videt peccatori veniā do
nare: ꝙ illi accipere. quia miſericordiſſimū plus cruci
atur cōpaſſio miſeri ꝙ ipſummet miſerum compaſſio
ſui. Quod collo filii incumbens ipſum amplectitur:
per amoris indicium ſuaue amoris iugum humeris
eius impoī demōſtrat. Quod oſculatus eſt eū arctiorē
caritatis affectū cordi eius impreſſū exprimit: vt iam
deo copulatius adherens vnus cū eo fieret ſpūs: qui
prius meretricibus adherēdo vnū cum eis corpus fue
rat effectus. Stola prima qua veſtiri iubetur veſtitu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tio prime innocencie eſt: vt caritatis amiſſe que operit multitudinem peccatorum. perfecta reparatio anulus erea vel ſignaculū fidei eſt: in qua aīa fidelis a deo deſponſatur: quod per culpam obnubilatur: aut deletur per penitenciam vero in integrum reformatur. Quod rect[illegible] manu datur: vt quod corde creditur/ aut ore promitur: opere perficiatur. quoniam fides ſine operibus mortua eſt. Calceamēta in pedibus/ cādorem mūdicie oſtendunt in affectibus: ſicut ad ſponſam dicitur Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis. Ad hoc nāque calceamenta portantur: ne collectis ex luto ſordibus pedes inquinentur quibus illa caruiſſe docetur de qua ſcriptum eſt Sordes ei⁹ in pedibus eius Vitulus ſaginatus occiſus mortificationem carnalium deſideriorum/ prioris qȝ laſciuie conpreſſionem figurat. vnde de mercennariis egipti/ luxu ac petulancia carnis laſciuientibus per iheremiam dicitur. Mercennarii eius qui verſabantur in medio eius quaſi vituli ſaginati viſi ſūt. Et ad ſamariā carnis illecebris diſſolutam per ozee prophetam dicitur. Proiectus eſt vitulus tuus o ſamaria. id eſt Luxuria tua malorꝝ ſuper te irruenciū acerbitate extincta eſt. Epulari vero cum patre eſt poſt dignos penitencie fructus peractos plene deo recōſiliatum eſſe: cum eodē per graciā habitare: eundemqȝ ſecum habere per gratiā ſimiliter habitātem. Juſti quippe epulari et exultare dicūtur in conſpectu dei. Contra vero: peccatores nupſialē veſtē non hebentes a menſa et conuiuio cum ignominia maxima repellūtur. Chorus autem et ſimphonia in cōuiuio perſonantes ſunt gaudia angelorū pro lapſi peccatoris reparacione in laude clementiſſimi redēptoris feliciter et inceſſabiliter letancium: quos eciam ad hanc leticiā celebrandam pater ipſe de filii ſui recuperacione iocūdiſſimus inuitat dicens Epulari inquit et gaudere oportebat: quia hic filius meus mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuentus eſt. AMEN

(c) 2009 Ministerio de Cultura

ecus quidam ſedebat ſecus viam mē
dicans luce ꝯ xviii originaliter ſcribū
tur hec verba et in miſſali officio hodierno
ab eccleſia recitantur. Non pūu fiducie pre
ſtat michi robur viri patres dn̄i q3 ꝑcelebre[illegible] mag=
nus ille propheta potēs in ſermone et opere dominus
noſter ihūs xp̄us de excelſo celorum deſcendens mō=
te) dignatus eſt cecatum genus viſitare huānū: miſe=
reri mortuo: inclinare ſe iacenti: contrahi et coequari
puſillo: debiles q3 manus ſuo roborare cōtractu Et vt
hodierne lectionis euangelice narrat hiſtoria: ceco ſe=
cus viā ſedenti largitus eſt lumen. Suauiter ruminan
tur iſta et referuntur interiora hominis ſagimine dul=
ci: ſi id qḋ actū eſſe in ceco corporaliter credimus. ſpiri
tualiter hoc ipſum ſinguli in nobis actitari ſenciamus:
cordi ſcilicet nrō tribui inteligēcie lucē: ori et auribus
edificacionis verba: manibus q3 iuſticie opus: vt tali=
ter ſpūalis gratie ꝑfuſi luīe/ fideliter cognoſcere: vtili
ter eloqui: et adimplere efficaciter valeamus. hic eṁ
triplex eſt funiculus qui difficile rūpitur: quo de carce
re interne cecitatis tetro noſtre mētes extracte: ad ce=
leſtia ſuſpendūtur regna: dum illuīāti cordis inteligē
cia veritatis ꝓloquētes audiētes ve verba ope cōfirma
mus caritatis: vt ex tā mūdata cōſciencia ſequatur ſu
bito quidam mentis latitudo in proximorum edifica=
cionem: dicente ſaluatore mathei quinto: ſic luceat lux
viā coram hominibus vt. vi. op. v. b. ꝛ. glo. pa. ve. qui
in celis eſt: quā lucē non aliud dicerim niſi diuinā ſine
qua nichil boni poſſumus agere. Nam ſecūdum beatū
auguſtinū in libro de gratia et libero arbitrio: Gratia
dei adiuuat nos vt ſimus legis factores: ſine qua ſub le
ge erimus tantūmodo legis auditores. Sic etenim ad
iuuatur gratia dei velle noſtrum: vt fiat faciliter omne
quod iubetur. vnde dei [illegible]gis amatores nos facit gra
tia dei. hanc igitur nobis donari per interuencionem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſacratiſſime virginis marie gratia plene deprecabitur ſinguli corde ſupplici reſonãtes et orē / curuatis geib3 Aue. Cecus etc Mirabile eſt optimi prēs apud firmanũ lactanciũ libro de origine erroris / maieſtatē dei ſingularis que ꝯtinet regit q3 oiã / intãtam veniſſe obliuionem. vt que ſola debeat coli ſola potiſſimũ negligatur homines q3 ad tãtam cecitatis incuriã eſſe deductos. vt vero ac viuo deo pōpã ſeculi ꝑponãt: tenebras q3 preferant luci. Et preſertim ꝓſperis freti ſucceſſib3. Nam tunc deus ab hominum labitur memoria: cũ beneficiis eius fructes / honorē diuine indulgēcie dare deberent Si qua vero eos preſſerit neceſſitas: tunc dei recordantur. Si morborũ vis incubuerit peſtifera: ad deũ ꝯfugitur: deus vt ſubueniat oratur. Si quis ad extremã mēdicãdi neceſſitudiē3 deductus victũ precib3 expoſcit: deũ ſolũ ateſtatur ꝑ diuinũ atq3 vnicũ eius nomen ſibi miſericordiã querit. Nunꝙ igitur reminiſcuntur dei. homines ingrati / niſi dũ infelicib3 alliduntur euentib3. quos ſi ſucceſſus reppererit ꝓſper: ilico ad tenebras decurrũt viciorꝫ. Qua nã iſtud excã fieri: niſi eſſe aliquam antiqui hoſtis poteſtatem que humanis ſemper gaudet erroribus: cui vnũ atq3 ꝑpetuũ opus eſt effũdere tenebras: et hominũ mentes ne lucē videãt cecutire Nam ſecũdũ beatũ thomã ſecũda ſecũde queſtione xv. articulo primo: ſicut cecitas corporalis eſt priuacio eius quod eſt principiũ corporee viſionis ſic cecitas mentis eſt priuatio eiusquod eſt iniciũ mētalis viſionis: cuius principiũ eſt lumen gratie diuine naturali lumī racionis ſupadditũ.. quo luiē gratie ſepius priuatur aiã per peccatũ mortale et talis luminis priuacio dicit̃ cecitas mētis: iuxta illud ſapēcie ſecũdo excecauit eos malicia eorꝫ. que maxime inhoib3 ex luxuria et gula cauſatur: cum hec duo vicia conſiſtãt circa delectacōnes tactus venereorũ ſilicet et ci[illegible] ſũt vehementiſſime inter omēs corporales delectcōnes: quas nobis inimi=

cus generis humani magnis ſuggerit conatibus. Qui nos de eiſdē variis artibus temptat: pro cuiuſq; natura et moribus aliciēs. Alios ineptis luxus libidinibus immergit: vt voluptati et crapule ſeruientes / viam veritatis / oculos que mentis amittant. Aliis cupiditatem inſaciabilem premittit: vt opibus ſuis tanquam compedibus illigatos a iuſtificationibus mandatorū dei ſeducat. Ceteros iracūdie imflammat igne: vt ad nocendum iuſtis potius incenſos a dei iuſtificatione detorqueat. Alius vero inſpirat inuidiam: vt ſuis ipſe tormentis occupati / non cogitent aliud niſi eorum quos oderunt felicitatem. Qui contaminati et perditi ſpiritus p omnez vagātur terrā. et ſolaciū ſue perditionis in execandis operantur hominibus. vnde oiā ſciſmatibus fraudibus inſidiis et erroribus complent. hii quia ſpūs ſūt tenues oculte homines ſuis execant aſtuciis: quos ſurſū ad celorū viā nō ſinūt aſpicere vt in ea ſedeant: Sed deorſū ad mentis cecitatem decuruāt precipue ſub hiis noſtris infauſtis temporibus / dū quoſdā ex clero cecucientis ābitioīs facib; accendūt: qui titulos ſub ānuis penſioīb; locātes / pluriū cōmendarum fructus māducāt et ad gradus prelationis atq; magratus omnez vite ſue opā ꝯuertūt: vt nomen ſuum ſuas q; genealogias in hoc magnificent mūdo. Cōceditur vtiq; ut de altario viuas qui altario ſeruis: nō aūt de altario luxurieris / et ſupbias: et inde petas tibi ſellas / et aureos ꝯpares frenos et mutatoria / a collo et maibus purpureo diuerſificata colore. hii maximū bonū autumāt in hu⁹ mūdi voluptatibus et diuiciis gliāri: tāq̄ ſecū omnes terre ablaturi theſauros: qui nichil moderati et penſi habent. dū modo auro coruſcent: veſtibus fulgeāt precioſis: auidiſſiō delicias ingerāt ventri ſtipati q; familiarum gregibus per dimotum ſemper populū incedāt. Sicq; [illegible]ati vim et vigorē perdūt racionis. et dū ſe lucide [illegible] glorioſe viuere putāt: iterne

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mentis excecati oculis/ ſecus viã ſedentes caducos mẽ=
dicant honores. vnde in perſona taliũ cõgrue inducũ=
tur theãtis verba/ Cecus et c. Que fuere verba Jnqui
bus verbis vtcũq3 introductis duo inſinuãtur. Prio
ſignificatur ſeptiformis viciorũ cecitas/ nos prohibẽs
ne i via mãdatorũ dei ambulemus: ſed ſecus eiuſmodi
viam ſedeamus: in eo quod dicitur cecus quidem ſede
bat ſecus viã: iuxta illud ad epheſios quarto obſcuratũ
habentes intellectũ/ alienati a via dei ꝓpter cecitatem
cordis ipſoꝝ tradiderũt ſemetipſos impudicicie in ope
racionẽ imũdicie oĩs in auaricia/ Secũdo denotatur.
ſimoĩace ꝑticipãtes in clero cecitas difficulter curabi
lis ſcẽ matris vniuerſalis ecclẽ ſtatũ impugnãs: in eo ꝙ
ſubditur mendicãs quod cũ ſit ꝑticipiũ: ſecũdũ grama
ticos actũ cũ fluxu. ſignificãt qui actus ſi ꝯuertatur. in
habitũ: vix a ſubiecto mouet̃ iuxta illud deut̃. xv. oĩo
indigens et mẽdicus non erit inter vos Obmiſſa igitur
hꝰ diuĩs ꝑte/ ſerotina in collõne per dei grãm declamã
da: dixi primo ꝙ in verbis premiſſis ſignificatur ſeptĩ
formis viciorũ cecitas/ nos ꝓhibens: ne in via mãdato
rũ dei ambulemus ſed ſecus eiuſmodi viã ſedeamus.
nã ſecũdũ lactãciũ i libro de vero cultu due ſũt vie per
quas huãnam vitã ꝓgredi necẽ eſt. vna que fert in celũ
altera ad inferos ducens/ quas et poete in carminibꝫ/
et phĩ in ſuis diſputationibus ĩduxerũt Et quidẽ phĩ
alterã viciorũ eſſe voluerũt: et alterã virtutis. viciorũ
quippe multiformis eſt via: que duxit non ad heliſeos
cãpos vt poete loquũtur. ſed ad ipſã mũdi arcẽ: et ad
ipſa tartara mitti t. Cuiꝰ vie ſpẽs et figura ſic eſt ꝯpoſi=
ta in aſpectu: vt plana et patẽs in omĩ gnẽ florũ atque
fructuum delectabilis eſſe videatur in ea nãq3 poſita
ſũt omiã q3 pro bonis habẽt̃. in terra: vt pote opulẽtis

a iiii

© 2006 Ministerio de Cultura

honores voluptates/ et illecebre oēs/ qui delinimentis quibuſdam fallacibus multos excecant clericos: ne in mādatoꝝ dei via ambulent: ſed ſedeant ſecus ipſam: quoſdā enī in clero excecauit pluriū honorū et dignitatū ambicio. de quibus ſcribitur yſa ye. lvi. Speculatores eius ceci vana videntes et amātes ſōpnia neſcierūt ſaturitatem. omnes declinauerūt vnuſquiſque ad auariciā ſuā aſūmo vſque ad nouiſſimū. huic tamen cecitati poteſt mederi ꝑ fellis amaritudinem: iuxta illud tobie vi. fel valet ad vngendos oculos in quibus eſt albugo et ſanabūtur. facile nāque ꝯtempnit omīa honores et multa beneficia: qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturū. Alios obtenebrauit ſuperbie cecitas. de qua ſcribitur zacharie xii. omnem equū populorū ideſt ſuperbū ꝑcutiam cecitate. qui ſanabilis eſt ſputo huīlitatis: dū noſtre cōcepcionis huīlitatem. recordamur de hac ſanacione hētur marci octauo ieſus expuens in oculos ceci impoſuit manus ſuper oculos eius et cepit videre Sūt et alii quos excecauit vehementiſſiā luxurie cecitas. de quibus habetur trenoꝛū quarto. Errauerūt ceci in plateis poluti ſunt. hec cecitas ablutione lacrimarū ſanatur exēplo ceci nati: cui dixit dn̄s noſter ieſus xp̄us iohānis ix. vade ad natatoria ſiloe et laua/ qui abiit lauit et vidit/ Quoſdā vero obūbrauit iracūdie cecuties: ne in via ābuleut veritatis. de quibus ſcribitur yſaye lix: palpauimus ſicut ceci ꝑietem et quaſi abſqꝫ oculis a trectauimꝰ impegimꝰ in meridie quaſi intenebris/ hec quarta cecitas curatur collerio: hoc eſt ieſu xp̄i paſſionis memoria. apoca tercio Collerio inunge oculos tuos vt videas/ Plures et alios obfuſcauit inuidie cecitas. de hiis ſcribitur ſecūdi macabeorū quarto repleti ꝑturbacione cadebāt cecitate ꝯfuſi/ huiꝰ aūt quinte cecitatis medicina/ fit per mellis dulcedinem: hoc eſt caritatis frate[illegible]em. primi. re. xiiii Illuminati ſunt oculi iona[illegible]es ꝙ guſtauit paululum de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

melle Complures et alii ſunt accidie cecitate percuſſi: de quibus habetur quarti regum vi. percuſſit eos dominus cecitate ne viderent iuxta verbum heliſei/ hui cecitati mede[illegible]r. dominus noſter ieſus xpūs per ſpiritualis grati[illegible] tactum mathei nono. tetigit oculos cecorū et ap[illegible]t oculi eorum vt viderēt Sūt et numero mul[illegible] quos hiis maxime diebus gule cecitas et inaniū ſpec[illegible]taculorum et laruarū obtenebrauit vmbra. de quibus ſcriptum eſt yſaye lxv. Ceci omnes dicentes venite ſumamus vinum et impleamur ebrietate. et erit ſicut hodie ſic et cras. hec ſeptima cecitas medetur per panis fractionem hoc eſt ſacre ītelligenciam ſcripture et verbi dei feruidam audicionem/ luce vltimo Accepit ieſus panem fregit et porrigebat illis et aperti ſunt oculi eorum Ecce habemus viri perluſtres ſeptiformē viciorum cecitatem/ nos impedietem: ne cum ieſu xpō in hieroſolimam aſcēdamus celeſtem: ſed magis ſedeamus mendicantes terrenarum occupacionum ſecus viam: que lata eſt et ſpacioſa ducens ad perdicionem: et multi ſūt qui intrant per eam/ mathei ſeptiō. hec ideo ſecundum beatum criſoſtomum omelia xxxii. Super matheum latiſſima vocatur: quia nō eſt intra regulam diſcipline et veritatis incluſa: ſed per diuerſa carnalium voluptatum diffuſa. et ambulantes in ea non quod debent agere hoc agunt: ſed quod eos delectauerit operantur. voluntas eorum via eſt et vita ipſorum. non ipſi ſub lege ſunt: ſed lex ſub illis eſt/ Quitquid enim eſt ſine lege: ſpacioſum et latiſſimum eſt: qua via ambulāt omnes diuites et omnes ambicioſi cōquerentes diuicias/et honores/ officia ſecularia/ ſiue eccleſiaſtica per [illegible]s nefas que nacturi pegerant: rapientes aliena: non ſolum māducantes et bibentes: ſed aliorum vitam laceſſentes detractionis dente. in quorum perſona bene dicitur. ꝙ ſecus quidam ſe[illegible] ſedebat mendicans



ZARAGO A

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Obmittenda eſt igitur nobis hec via latiſſima doctiſſi
mi patres: et ad alteram que eſt arta in vitam ducens
eternam toto properemus conatu/ Porta hec anguſta
ſecundum beatum Criſoſtomum Omelia xxxii.
ſuper math. xpūs eſſe pro tanto dicitur: quia regula
veritatis et diſcipline clauditur. et ambulantes [illegible] ea
non quod eos delectat faciunt: ſed quod pcipit xpūs
Ambulant in hac ſemita triſtes lugētes pro peccatis [illegible]
ieiunantes. et ſi manducantes et bibentes: non tamen
ſine lege timoris/ gradiuntur etiam per eam diuites ꝓ
pria misericorditer pupillis impartientes nec tangē=
tes aliena. hec eſt ad celum Recta via/ ſedeamus in ea.
et ambulemus: in qua dominus ieſus xpūs poſuit tem
perātiam/ pacientiam/ fidem/ caſtitatem/ concordiā
ceteras qꝫ virtutes: ſed ſimul cū hiis ſpiritus pauper
tatem/ ignominiā/ laborem/ dolorem/ et amaritudi=
nes omnes. quod bene hodierne lectionis euangelice
pandit nobis exordium: cum dicitur ecce aſcendimus
hieroſolimam/ et conſūmabuntur omnia que dicta ſūt
de filio hominis. tradetur enim gentibus illudetur fla
gellabitur et conſpuetur Diuerſo itaqꝫ itinere gradi=
tur: ſi gaudia delectaciones quis appetit: cui dux viā
amaritudinis oſtendit/ O q̄ ſtulti et tardi ad creden=
dum: volumus hic ſemper gaudere cum ſeculo: et dein
ceps iubilare cum xpō/ dominus pauper ingreditur:
ſeruus auarus auri et onuſtus ſuperflua veſtiū varie
tate intrabit: xpūs ieiunus/ nos crapula ſpectabilis
delectati et luxu: Non eſt hoc rectum ad celeſtem hie=
ruſalem iter. vnde neceſſe eſt vt per aliam viam in no=
ſtram reuertamur regionem. Reuocemus ergo ante
oculos noſtros mala que fecimus. conſideremus q̄ ter
ribilis iudex his puniturus adueniat. mētem forme
mus ad lamenta/ auertamus oculos noſtros a ſpectacu
lorū vanitatibus: et ab omnibus hiis que nō pertinent

ad rem. Et maxime vitemus prōptitatem iurandi con ſuetam: cum ſapiens conſulat cuilibet noſtrum eccleſia ſtici xxiii. ſic dicens. iuracioni non aſſueſcat os tuum Multi enim caſus in illa. Nam omnis iurans et nomi nans In[illegible]oto a peccato non purgabitur vt vir multū iu[illegible] implebitur iniquitate et non deſcendet a domo eius plaga et finaliter vita noſtra ad tēpus amareſcat in penitencia: vt per hāc viam in celeſtem aſcendamus hieroſolimam. quam nobis concedat ieſus criſtus in ſe cula benedictus Amen

acri intonante euangelii lectione didicimus ſa- pietiſſimi patres/ et lucidi ſciencia viri: cecum ſe cus viam mendicantem a domino noſtro ieſu xpō non aurum/ non argētum/ ſed vt videret lumen: petiuiſſe Paruipendebat enim cecus iſte extra lumen aliqd que rere: quia et ſi cecus argētum mendicans impetraſſet: hac tamen ſine luce/ videre non poſſet: quod haberet. imitemur ergo hunc cecum quem et corpore audimus et mente ſaluatum. Non falſas diuicias/ non terrena bona/ nō fugitiuos honores a domino petamus: nec lu cem que loco clauditur/ aut tempore finitur/ vel a no- bis cōmuniter cum pecoribus poſſidetur. ſed lucem di uine gratie qua mentis noſtre oculi clarificātur: et om nium peccatorum tenebre clareſcunt: quod diuine gra tie lumē impetrabit nobis peccatoribus maria ſemper virgo beata: cuius ab imperio celeſtis curia pēdet: que a ſctā venerabili ecclīa miſericordie cōclamamur Re gina. per cuius manus datur nobis quitquid donatur. Et ideo hanc virginem precelſam cernue ſalutabimus omēs per aue gratia plena Cecus quidem ſedebat val de pulcra ſagaciſſimi patres apud lactancium in libro de opificio hominis deſcribitur: factura: quam cū ſta tuiſſet deus ex omnibus animalibus, ſolū hominem fa cere celeſtem: cetera Re[illegible]ſuit terrena. hunc ad celi contemplacionem erex[illegible]um/ bipedem q; inſtit

© 2006 Ministerio de Cultura

uit: vt eodem ſpectaret ordine: quo illi exiſtit origo. Singula ad terram depreſſit animantia: vt quia hiis nulla immortalitatis eſt expectacio toto corpore in terram proiecta/ ventri pabulo q3 ſeruirent. hominis itaq3 ſolius/ recta racio/ ſublimis q3 ſtatus q3 vultus/ deo patri cõmunius proximius q3 originẽ ſuã factorem q3 teſtatur. Eius namq3 diuina mens non tãtum animãtium que in terra ſunt ſed etiam corporis eſt ſortita dñatum: ideo q3 in ſummo capite collocata tanq̃ in ſublimi arce ſpeculatur omnia et cõtuetur. hãc hominis capitis aulam non abductam protenſam q3 deus formauit: vt in animalibus brutis: ſed ſimilẽ globo conſtruxit: cuius rotunditas perfecte rationis eſt et figure: Cui proporcionatos oculorum orbes concauis foraminibus concluſit: a quo foratu frontem nominatam doctus varro eſtimauit. vnde mira et inexplicabilis eſt capitis et oculorũ hominis ſubtilitas. quia eorum orbes gemmarum ſimilitudinem preferentes/ ab ea parte qua videndum fuit: mẽbranis perlucentibus traxit: vt ymagines rerum contrapoſitarum tanq̃ in ſpeculo refulgentes: ad ſenſum intimum penetraret. Oculos ergo ad viſendas rerum ſenſibilium ſpecies deus homini indidit: rationis vere lumẽ in orbiculari capitis vertice collocauit: vt bonum ſuper omnia quod deus eſt videre poſſet homo. et eius ſemper ſpeciẽ querens/ in iocunditate perpetue beatitudinis habitaret: vt ſtatim mente in arcem ſe cõtemplacionis erigeret: et nulla hunc corrupcio a conditoris ſui amore declinaret. Sed quia homo per culpam inobediẽcie lucem racionis perdidit: ideo preſentis vite multiphormẽ cecitatem incurrit: luminis q3 ſui aciem deſeruit: cum tenebroſis itineribus ſparſus/ ab inhabitacione vere lucis elongauit. Qui ergo ſtare ad lucem noluit: per culpam mẽtis cecitatem ſuſcepit: ne intimũ diuine dulce

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dinis radium vident. Nam cum verba deſeruit: lucem
in ſe conſiſtere non potuit: pro eo ꝙ lubrice mutabilita
tis ad tenebras ſemper per corrupcionē prorueēs etiā
ſemetipſum nec cognoſcere valet. quia in condicionis
ſue ſtabilitate firus ſtare noluit dum potuit: iam perſi
ſtere non poteſt ſi vellet quo fit vt genus humanū vim
ſuperne cōtemplacionis amictens/ inuiſibilium rerū
lucem perdidit: et ſe rerum viſibilium opacitate īuol
uit. Tantoq; ab eterna viſione cecatus eſt homo:
q̄to de foris eſt multipliciter ſparſus. vnde accidit ꝙ
nulla nouerit: niſi ea que corporeis oculis vt ita dicerī
palpando et mendicando cognoſcit. Qui ſi primogeni
tum lumē occulluiſſet: etiam carne ſpiritualis futurus
erat. Sed quia primogeniture ſue lucidiſſimam nichi
lipendit ſtolam: factus eſt etiam mente carnalis vt ſo=
la cogitet que ad animū per ymagines corporū trahit.
in quibus dū tota ſe mens delectata proicit: ab interne
inteligencie ſubtilitate groſſeſcit Ex quo contingit vt
hoſtis antiqui vibrantibus impugnata telis/ reſiſtere
nō valeat: quibus cōtinuo agitatur. verba quippe dei
que ſūt lux rationis/ a cordibus noſtris hoſtis conatur
euellere: vt in eis ceca ſue promiſſionis blādimenta poſ
ſit radicare/ Quotidie id quod deus minatur nobis ip
ſe lenigat: et ad hoc credendum quod falſum eſt inuitat
Nempe pollicetur temporalia: vt mentibus hominum
ea ſupplicia mendaciter temperet que deus commina
tur eterna. Nam cum ad preſentis vite gloriam ſugge=
rendo perducit: quid aliud niſi menti humane inducit
cecitatem: qua totum humanum genus perculſū/ cla=
ritatem ſuperne lucis ignorās vſque ad aduentum do=
mini noſtri ieſu criſti veluti cecus quidam ſecus viā ſe
debat mēdicās/ Reſumēdo thematis alterā diuiſionis
ptem nūc declamādam dixi ſecūdo ꝙ in verbis premiſ
ſis denotatur ſimoniace p[illegible]ris ī clero cecitas diffi
culter curabilis ſancte vener[illegible]us eccleſie ſtatū ſemp

impugnãs. Symoniaca nãqȝ heresis prima ꝯtra dei ecclesiam dyabolica supplantacione insurrexit et in ipso ortu suo zelo apostolice vlcionis percussa atqȝ dampnata. i. q. i. Fertur. tanta est nempe heresis symoniace inmanitas: ad cuius operacionẽ cetera crimina quasi pro nichilo cõputantur de symo. per tuas. Nam secũdum beatũ thomam. iiii. scripti. d. xxv. ar. i. q. 2. symoniaci dicũtur heretici propter similitudinem actus quia ita operantur ac si estimarent donũ spiritus sancti pecunia possideri que estiãcio: heretica est/ que grauior dicitur heresis ꝙ macedonii: qui dicebat spiritũ sanctũ esse patris et filii seruũ. quod tamen ꝗuis symoniaci nõ dicant: actamẽ ostẽdũt in suo actu ꝙ spũs sctũs sit seruus hominis: si ab homine põt vendi vel emi. vel ex inde maius peccatũ dicitur: propter pronitatẽ ad ipsũ ex cupiditate humana: et propter nocumentũ maius. quia simonie cecitas totum ecclesie ordinem peruertit. hec pestis ꝙ detestabiliter in vtroqȝ testamẽto vindicata sit multorũ exemplis appet: Giesy gratiã sanitatis naamã siro vendidit: eandem gratiam sanitatis helisęo vindicãte leprosus factus amisit/ Judas omniũ redẽptorem vendidit: mox laqueo suspensus eandẽ redempcionis gratiã nõ obtinuit. et merito: quia nemo potest retinere quod vendidit. Simon etiam magus cũ eãdẽ spiritus sancti gratiã emere vellet: dampnationis sue sentenciã a petro audiuit. pecunia tua tecum sit inperdicionem/ dominus etiam noster iesus xpũs vt ementes et vendentes huius gratie inexpertes ostẽdẽt: cũctos peccatores in templo dimisit. singulariter vendentes et ementes increpans et flagellans de templo eiecit. in quo venditores et emptores suos gratia spiritus sancti cõstat destitutos esse et vacuos. quos enim xpũs eiecit de templo: nunquid spiritus xpĩ faciet sibi templũ: i. q. 2. qui student [illegible] donẽse vero sacrũ cõsiliũ eos qui ecclesie benef[illegible] interuentu pecunie acquirãt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

et eos qui ſacrā manus impoſicionē per quam ſpiritus ſanctus cōfertur mercari dignoſcūtur: hac pena cōdēpnat/ illos a beneficio/ iſtos a ſacro ordine iubet expelli vt q3 nullus epiſcoporū beneficium eccleſie ꝑ aliquo precio vel munere clericis audeat vnq̄ cōferre: ſed omnes miniſtros et ſeruitores eccleſie gratis et abſq3 vlla venalitate in ſancta dei eccleſia ſtudeant ordinare q̄ ſi aliquis diuinorū preceptorū in memor extiterit: gradus ſui periculo eū ſubiacere decreuimus/ inſuper terribilis anatematis mucrone ꝑfoſſus niſi reſipuerit ab eccleſia dei omnibus modis abſcindatur i. q. iii. calcedonenſe Ecce amarā medicinā huic cecitati decretatā ſed raro adhibitā et executam: ſicut et noſtris temporibus in ſacro cōſilo baſilienſi de non ſoluendis ānuatis/ et alijs deliramētis multa ſūt inſtinctu ſpūs ſancti decretata/ ſed fruſtra eſt calciamētū cuius non eſt calciatio O vtinam aliquādo ſibi iſta mentiretur et veritas cū tempus acceperit eſſet victrix O maledictum aurū abuſu nō natura. aurum materia laborum. periculoſa res poſſidencium: quod nemo tutum habet: niſi qui ſēper abſcōdit. per tenebras queritur et cuſtoditur quod apud auarum prefertur xpō: cuius amor iudam facit: et ne alicui ſit nomen incognitum: de apoſtolo fecit proditorem/ verba ſunt beati auguſtini in libro de verbis apoſtoli ſermone. xxvi. Eo namq3 tempore quo in eccleſiis creuit hec cecitas magna: ꝑiit lex a ſacerdote. Singuli quiq3 per potenciam catedras ſuſcipiunt: hinc odia conſurgunt: hinc epiſcopi accuſantur a clericis: hinc principum litis et omnium criminum origō. verba ſunt celebris hieronimi in libro de ſeptē gradibus eccleſiaſtici ordinis. intantum enim teſte honorato alano in ſuo enrichidian Sacra fames auri mortalia pectora ꝑrxit: vt honores ſingulos munus tāq̄ mediator excurrat. [illegible] enim munus patriarcha

(c) 2006 Ministerio de Cultura

exiſtit: qui quoſdam archiepiſcopatus intronisat in a
picem: quoſdam epālis faſtigii erigit in honorem: hos
archidiaconatibus adaptās officiis: alios aliarum pe
deſtrium dignitatum coequans negociis. Quid plura
etiā in monaſteriis et religioſis locis multi precio ſūt
recepti. qui prius recipi non potuiſſent/ de. ſy. ſubiec
tus ſecūdo Que maledicta cecitas etiam ſummum po
teſt excecare ierarchā. Nam beatus thomas in quarto
ſcripti. di. xxv. ar. vltimo/ opinionē illā dicit eſſe er
roneam: que papam non poſſe ſimoniam committere
aſſerit. Si enim pro aliquo ſpirituali munus acciperet
ſimoniā committeret ſicut alius homo. quia in ipſo pe
tro cui papa ſuccedit ſimoīe viciū damnacione īcoauit
in nouo teſtamento Quamuis enim res eccleſie ſint ali
quomodo ipſius: non ſūt tamen eius omnibus modis
habēdi: ſicut illud quod ad manum habet. non eſt autē
dubium quod ſimoniam committeret: ſi quis aliquid
ſpirituale debitori daret. hec eſt vltima cecitas vel ſpe=
cies cecitatis catharacte incurabilis: que ſecundū me
dicos tūc cōtingē dicit quādo pupilla oculi ſic diſco
rata videtur: vt omnino nō appareat in oculo aliquis
circulus. ſic in ſimoniacis extinctus eſt omnis girus ca
ritatis vnde dannationē ſimoniacorū legimus: medici
nam vero penitencie autēcicam non legimus nomina=
tim. i q. 3. tales. Quis enim lepram in capite aut bar
ba curabit: Nam eſt ſtabilis lepra que omnino mūdari
non poſſit. que autem inſanabilia ſunt: deo iudici re=
ſeruantur/ verba ſunt beati hieronimi in epiſtola de di
uerſis ſpeciebus lepre. Gerunt equidem eiuſmodi ceci
morem inſaciabilium mēdicorum: qui dum multas ul
tra ſuū victū elemoſinas ſuſcipiūt: magis mendicare
inardeſcunt. in quorum effigie apte depromitur quod ce
cus quidam ſecus viam ſedebat. Ex hac cecitate in cle
ro difficulter ſanabili multorum ciſmatum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſciſmatum in eccleſiã dei irrepſit pugna: que ſub his
in fauſtis temporibus lacrimis nũq̃ ſufficientibus fo=
ret deplorãda: Cum ambigat fidelium nemo ſemper
ex ſciſmate maledicto inumera corporum et animarũ
in eccleſia dei prominere pericula: vt pote corruptio=
nem morum/ ſimplicium ſeductionem/ introductionẽ
antixpi/ gaudium ſarracenorum/ iudeorum tripudiũ
commocionem guerrarũ ſpiritualium et temporaliũ/
eccleſie diſſipationem/ et quod amplius eſt inuidie ſe=
mina iaciuntur in regiones/ religiones/ vniuerſitates
principes/ et plebes. vnde xpiana areſcit deuocio. fi=
dei tepeſcit feruor: extolluntur adulatores ambicioſi:
et veritatis amatores proſcribuntur: religio exulat: a
poſtaſia regnat. hec eſt illa terribilis beſtia maris. que
apocalipſi xiiii. ſimilis pardo dicitur: ꝛ os eiꝰ ſicut os
leonis. et datum eſt ei os loquens magna et blaphemi
as. Que q̃tum populo dei ſit dãnoſa: q̃tumq3 anima
bus corporibꝰ ve inferat detrimẽtũ: et ſi perſeuerauc
rit maximas eſt inflictura anxietates Nullus dubitat
fidelis diſpendiorum premiſſorum penſator. Super
quibus malis puſillis et magnis magis lacrimandum
eſſet q̃ declamandum. Sed cur ita: in prõptum cauſa
datur ab apoſtolo prime ad corinth. xii. vos eſtis cor
pus xpi et mẽbra: de mẽbro. ſi quid patitur vnum mẽ=
brum: compaciuntur omia membra: vt non ſit ſciſma
in corpore, ſed i idipſũ pro iuicem ſollicita ſũt mẽbra
Pro ide ſimili debitores ſumꝰ vt vnus quiſq3 i ſua vo
cacione qua eſt vocatus pro vnitate ſancte matris eccle
ſie, inuigilet: alius oracionibus deuotis et ieiuniis: al
ter caritatis exhortãdo ſermonibus. Nam tunc quili=
bet homo zelo domus dei comeditur: que omnia puer
ſa cupit emendare: et ſi emendare non poſſit: gemit:
et orat: vt ſic omẽs filii cõpaciãt matri: veluti quaſ=

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dam donationes conferentes in cōmune ad liberationē
matris captiuate. O ſi ſub hiis nubibus atrix ſanctus
de aquino tomas aut venerabilis albertus magnus eſ
ſent ſuperſtites: vtique pro ſctē matris ecclesie ſic tur=
bata vnitate vſqz ad effuſionem ſanguinis decertarent.
Sed quare non ſic ſatagimus poſteri: audiamus apo=
ſtolum ſecūde ad timotheū tercio dicentem/ in nouiſſi
mis temporibus inſtabunt tempora periculoſa et erūt
homines ſe ipſos amantes ceci amatores voluptatum
magis q̄ dei ſemper diſcentes et nūq̄ ad ſcienciam ve=
ritatis peruenientes Ut igitur dominus noſter ieſus cri
ſtus cuius miſerationes ſūt ſuper omnia opera eius ce
citates noſtras illuminet: ſciſma qz peſtilēs a ſua ſpōſa
abigat eccleſia. clamet quilibet noſtrū cum ceco: et ite
rū clamet ieſu fili dauid miſerere mei. nec curemus pre
euntes qui nos increpant vt taceamus: ſed multo ma=
gis in perſona eccleſie cū beato propheta vociferemur
dicentes. vſquequo peccatores domine vſquequo pec=
catores glorīabuntur. Populum. t. d. h. c: h. t. vexa=
uerunt. Et poſt multas tribulaciones eccleſie in eodē
pſalmo deſcriptas triūphatrix cum gaudio intonat ec
cleſia Factus eſt michi dominns in refugium. e. d. in. i.
ad ſpei mei. Et in introitu miſſe hodierne Eſto michi
in deū protectorē quoniam fir. me. e. r. me. e. tu. e. pp
ter. n. tu. dux michi eris et enutries me/ Cuius enutri
cionis et adiutorii nos faciat participes ieſus criſtus
qui viuit et regnat in ſecula ſeculorum AMEN

Nicholay clamengii oratoris facundiſſimi regie ſchole
vulgo nauarre pariſii ſocii famatiſſimi opuſcula quedā
vtiliora ex multis excerpta ſeu extracta finiunt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura